VIII, 94.

S. Cum hic nuper esset Mauritius Vesler pharmacopola, de Ruprechto
medico, qui aliquamdiu apud vos exercuit, sermonem apud quosdam
fecit, qui ad hunc bonum virum peculiarius eos stimulavit, ut saltem
experiundi causa isthuc concederet. Nam quia urbem hanc videbat
medicis refertam esse (sunt enim decem vel plures) nec insuetam sibi fore,
putavit si alibi se offerret mediocris conditio, non esse negligendam.
Ceterum ne prorsus incognitus veniat, quid de ipso iudicium, referam.
Unus ex meis collegis, qui ante annos decem eum Lubecae novit, hominem
probum et integrum fuisse testatur, etiam dum adhuc in tenebris papatus versa-
retur. Cognosces ipse, imbutum esse liberali doctrina. Et ad medicinam quod attinet,
dedit per annos quatuor operam Sylvio, qui tot ille vir magnum in
Gallia nomen obtinuit. Medici quoque iudicio aliquid scribere, bene
profecisse affirmant. Hominem talibus testimoniis ornatum si absque meae
commendationis literis, ut ipse damnarer inhumanitatis. Certe
nisi dignum arbitrarer, quem amice excipiant boni et liberales viri,
nollem tibi obtrudere. Abs te non aliud peto, nisi ut eum consilio iuves
rogas, et si consulueris idoneum, favore etiam tuo pro tua prosequaris.
Vale praestantiss. vir, et nobis apprime col[illegible] [illegible]. [illegible]
21. Junii 1556.

T[illegible] [illegible]us suus.

Apud Pictones et Andegavos exilium su[illegible]
mortis religionis causa. Magnus hominum nu[illegible]
motus pectus hunc et illuc dissipavit. Cete[illegible]
miseri sunt. Saluta collegam et procuratorem [illegible]

Eximio Chri ministro,
D. Ambrosio Blaurero,
eccle Cōstantiensis fido pastori,
fri et symmystae venerando.